

Belle est la nuit d'amour !

Élégies, II 15

Belle est la nuit d'amour !

O me felicem! Nox o mihi candida! Et o tu lectule deliciis facte beate meis!	1
Quam multa apposita narramus verba lucerna, quantaque sublato lumine rixa fuit!	
Nam modo nudatis mecum est luctata papillis, interdum tunica duxit operta moram.	5
Illa meos somno lapsos patefecit ocellos ore suo et dixit "sicine, lente, jaces?"	
Quam vario amplexu mutamus braccia! Quantum oscula sunt labris nostra morata tuis!	10
Non juvat in caeco Venerem corrumpere motu: si nescis, oculi sunt in amore duces.	
Ipse Paris nuda fertur periisse Lacaena, cum Menelao surgeret e thalamo;	
nudus et Endymion Phoebi cepisse sororem dicitur et nudus concubuisse deae.	15
Quod si pertendens animo vestita cubaris, scissa veste meas experiere manus;	
quin etiam, si me ulterius provexerit ira, ostendes matri braccia laesa tuae.	20
Necdum inclinatae prohibent te ludere mammae; viderit haec, si quam jam peperisse pudet.	
Dum nos fata sinunt, oculos satiemus amore; nox tibi longa venit, nec reditura dies.	
Atque utinam haerentis sic nos vincire catena velles, ut numquam solveret ulla dies!	25
Exemplo junctae tibi sint in amore columbae, masculus et totum femina conjugium.	
Errat, qui finem vesani quaerit amoris: verus amor nullum novit habere modum.	30
Terra prius falso partu deludet arantis, et citius nigros Sol agitabit equos, fluminaque ad caput incipient revocare liquores, aridus et sicco gurgite piscis erit,	
quam possim nostros alio transferre dolores: Hujus ero vivus, mortuus hujus ero.	35
Quod mihi si interdum talis concedere noctes illa velit, vitae longus et annus erit.	
Si dabit et multas, fiam immortalis in illis: nocte una quivis vel deus esse potest.	40
Qualem si cuncti cuperent decurrere vitam et pressi multo membra jacere mero, non ferrum crudele neque esset bellica navis, nec nostra Actiacum verteret ossa mare, nec totiens propriis circum oppugnata triumphis lassa foret crines solvere Roma suos.	45
Haec certe merito poterunt laudare minores: laeserunt nullos proelia nostra deos.	
Tu modo, dum lucet, fructum ne desere vitae! Omnia si dederis oscula, pauca dabis.	50
Ac veluti folia arentis liquere corollas, quae passim calathis strata natate vides, sic nobis, qui nunc magnum spiramus amantes, forsitan includet crastina fata dies.	54

Belle est la nuit d'amour !**Traduction au plus près du texte**

Oh que je suis heureux! Éblouissante nuit! Et toi, Petit lit rendu heureux par mes plaisirs!	1
Que nombreux furent les mots que nous avons prononcés, près de la lampe, Que grande fut, toute lumière éteinte, la lutte!	
Car tantôt elle a combattu avec moi, avec les pointes de ses seins dégainées, Tantôt, de sa tunique close, elle a prolongé mon attente.	5
Elle, elle a ouvert mes yeux sombrant dans le sommeil Avec sa bouche, et dit : "Est-ce bien ainsi, paresseux, que tu restes endormi?"	
De quelles étreintes variées avons-nous emmêlé nos bras! Comme Mes baisers se sont attardés sur tes lèvres!	10
Il ne nous plaît pas d'épuiser Vénus dans un mouvement fait à l'aveuglette; Si tu l'ignores, dans l'amour, ce sont les yeux qui nous conduisent.	
Pâris lui-même, à ce qu'on dit, a succombé à la nudité d'Hélène, Alors qu'elle se levait du lit de Ménélas;	
Et c'est nu qu'Endymion a séduit la sœur de Phébus, Raconte-t-on, et nu qu'il a couché avec la déesse.	15
Donc, si, t'obstinant dans ton âme, tu dors en chemise, Une fois la chemise déchirée, tu connaîtras mes mains;	
Bien plus, si la passion m'entraîne plus avant, Tu feras voir à ta mère des bras couverts de bleus.	20
Des seins qui s'affaissent ne te détournent pas encore de t'amuser; Elle connaîtra cela, celle qui a honte désormais d'avoir enfanté.	
Tant que les destins nous le permettent, rassasions nos yeux d'amour; Longue est pour toi la nuit qui vient, et le jour n'est pas près de revenir.	
Ah! Si seulement tu voulais qu'une chaîne nous attachât si serrés Qu'aucun jour, jamais, ne pût nous délier!	25
Que te soient en exemple, pour l'amour, les colombes unies, Mâle et femelle, en une union totale.	
Il divague, celui qui recherche la borne d'un amour insensé: Le véritable amour sait qu'il est sans limite.	30
La terre abusera d'une fausse récolte les laboureurs, Soleil activera plutôt des chevaux noirs,	
Les fleuves commenceront à rappeler vers leur source leurs ondes, Et les poissons resteront secs dans l'abysse asséchée,	
Avant que je ne puisse ailleurs reporter mes tourments d'amour: D'elle je ferai partie, vivant; mort, d'elle je ferai partie.	35
Et si de temps à autre, à m'accorder de telles nuits Elle consent, même une année de ma vie sera longue.	
Si elle m'en donne plusieurs, je deviendrais immortel pendant celles-ci: Par une seule nuit, n'importe qui peut même se transformer en dieu.	40
Si tout le monde désirait dévorer à la course une telle vie Et, appesanti par force de vin pur, laisser reposer son corps,	
Il n'existerait ni fer cruel, ni navire de guerre; Et la mer d'Actium ne roulerait pas nos ossements,	
Et Rome, tant de fois assaillie de partout par les triomphes qui la caractérisent, Serait lasse de dénouer sa chevelure.	45
Ils pourront du moins à juste titre louer cela, nos descendants: Nos assauts n'ont outragé aucune divinité.	
Toi seulement, tant qu'il fait jour, ne néglige pas la jouissance de la vie! Même si tu donnes une foule de baisers, tu en donneras trop peu.	50
Et de même que les pétales ont abandonné les guirlandes fanées, Pétales que, pêle-mêle tu vois flotter, dispersés, dans les coupes,	
De même pour nous, les amants qui avons un grand souffle (ou : qui aspirons au grand...), Peut-être que demain clora notre destin.	54